

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Scriptura sacra ah
cum uariis

Omnem scienciam atque doctrinam sacra scriptura transcendit ut taceam quod uera
predicat, quod ad celestem patriam inuitat, quod a terrenis desideriis cor legentis reuocat,
quod dictis obscurioribus fortes exercet et paruulis humili sermone blanditur. Nec sic
clausa est ut pauesci debeat, nec sic patet ut uilescat, sed usu fastidium tollit; et tanto plus
diligitur, quanto amplius meditatur.

Gregorius XX. moralium capitulo I.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Scriptura sacra ah] Scriptura sacra al P V¹ V² L¹ L²; fortis] cor (*cor. intra*) B; exercet]
exerceat C; paruulis] paruulus P V¹ V²; sic] igitur P V¹ V² L¹ L²; XX. moralium capitulo I.]
in moralibus V² L¹ L²